Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



106

Quid clamas super contritione tua?
insanabilis est dolor tuus. Propter
multitudinem iniquitatis tue,
et propter dura peccata tua feci hec t.
Proca omnes qui comedunt te de
norabuntur. et universi hostes tui in
captivitatem ducentur. et qui te
vastant vastabuntur. et omnes qui p
datores tuos dabo in prediam. Obdu
cam enim cicatricem tibi. et a vulneribus
tuis sanabo te dicit dominus. quia
eiectam vocaverunt te syon. Hic est que
non habebat requirentem. Hec dicit
dominus. Ecce ego reducam captivi
tem tabernaculorum iacob. et tentorio
rum eius miserebor. Et edificabitur ciui
tas in excelso suo. et templum iuxta
ordinem suum. Et egredietur de eis
laus. vox quoque laudantium. et multi
plicabo eos et non minuentur. et
glificabo eos et non attenuabuntur.
Et erunt filii eius sicut a principio.
et cetus eius coram me permanebit.
Et visitabo adversus omnes qui tri
bulant eum. Et erit dux eius ex eo.
et princeps de medio eius prodibit.
et applicabo eum et accedet ad me.
Quis enim iste est qui applicet
cor suum ut adpropinquet michi ait
dominus. Et eritis michi in populum.
et ego ero vobis in deum. Ecce turbo
domini furor egredietur. procella ruens.
in capite impiorum requiescet. non auer
tet iram indignationis domini
donec faciat et perficiat cogitationem
cordis sui. In novissimo diebus in
telligentis ea. Capitulum. XXI.
In illo dicit dominus ero
omnis familiis cognationibus
israel. et ipsi erunt michi in populum.
Hec dicit dominus. Inue
nit gratiam in deserto populus
qui remanserat gladio. Vadet ad
requiem suam israel longe dominus
apparuit michi. in caritate perpetua
dilexi te. idcirco attraxi te miserans.
Rursusque edificabo te. et edificabis
virgo israel. Adhuc ornaberis tympa
nis tuis. et egredieris in choro ludentium
adhuc plantabis vineas in mon
tibus samarie. plantabit plantantes.
et donec ipse veniat non vindemiabit.
quia erit dies magna clamabit enim
vocabit in monte samarie. et in monte
ephraym. Surgite et ascendamus
in syon ad dominum deum nostrum. quia hec
dicit dominus. Exultate in letitia
iacob. et hinnite ante caput gentium.
Psonate. canite. et dicite. salua domine
populum tuum. reliquias israel. Ecce ego
adducam eos de terra aquilonis. et con
gregabo eos ab extremis terre. inter quos
erunt cecus et claudus. et pregnans
et parens simul. cetus magnus re
vertetur huc. In fletu venient. et in
precibus deducam eos. et adducam eos
per torrentes aquarum in via recta. et non
impingent in ea. quia factus sum israel
pater. et ephraym primogenitus meus
est. Audite verbum domini gentes. et an
nuntiate in insulis que procul sunt. et
dicite. Qui dispersit israel congregabit eum.
et custodiet eum. sicut pastor gregem
suum. Redemit enim dominus iacob.
et liberabit eum de manu potentioris.
Et venient et laudabunt in monte
syon. et affluent ad bona domini super
frumento. vino. et oleo. et fetu
pecorum et armentorum. Erit quasi anima eorum
quasi ortus irriguus. et ultra non esu
rient. Tunc letabitur virgo in choro.
iuvenes quoque senes simul. Et vertam
luctum eorum in gaudium. et consolabor eos
et letificabo a dolore suo. et inebriabo

fiiabit.